

ANNEXES

I. Dates clés

1494 : Traité de Tordesillas

1543 : Entrée des Portugais au Japon

1549 : Création de la première mission chrétienne au Japon (François Xavier)

1549-1643 : Siècle Chrétien

1578 : Redécouverte des catacombes romaines

1597 : Massacre de Nagasaki

Début XVIIe siècle : Arrivée des Hollandais au Japon

1600 : Interdiction du christianisme au Japon

1614 : Édikt d'expulsion des chrétiens

1640 : Échec d'une ambassade portugaise auprès de l'empereur japonais

1641 : Prise de Malacca par les Hollandais

1643 : Martyre du Père Rubino

1644 : Naissance d'Antoine Thomas

Avril 1680 : Le Père Thomas embarque pour les Indes

Décembre 1680 : Première tentative d'Antoine Thomas d'entrer au Japon

Septembre 1680 – mai 1681 : Le Père Thomas se trouve à Goa

Septembre 1681 – mai 1682 : Le Père Thomas est au Siam

Juillet 1682 – août 1685 : Le Père Thomas est à Macao

Décembre 1683 : Premier mémoire d'Antoine Thomas sur le Japon

Juin 1685 : Second mémoire d'Antoine Thomas sur le Japon

Août 1685 – 1709 : Antoine Thomas est en Chine

1709 : Mort d'Antoine Thomas

II. Première lettre d'Antoine Thomas concernant exclusivement le Japon

Antoine Thomas à Jean Paul Oliva

Colimbre, 4 octobre 1679

Autographe. Archives Romaines de la Compagnie de Jésus (1)

Dans cet "Exposé des motifs" en faveur de la rentrée des Jésuites au Japon, Thomas fait valoir l'extrême nécessité de cette chrétienté, les diverses raisons qui permettent d'espérer le succès de l'entreprise, l'absence actuelle d'obstacles insurmontables: s'il le faut, qu'on imite les hommes apostoliques qui dépassèrent les limites de la prudence humaine. D'ailleurs, il n'en résultera de difficultés ni pour la Compagnie, ni pour la Couronne du Portugal. En finissant, Thomas met en scène l'Eglise du Japon, qui présente sa supplique au Général de la Compagnie.

Rationes praecipuae pro tentanda denuo Iaponia.

Posteaquam a 40 et amplius annis, sine ullo prorsus subsidio sacerdotum, conflictata est cum saevissimis persecutionibus et tyrannis Iaponensis Ecclesia, rationes sequentes suadere videntur ut huic florentissimae olim Christi sponsae, quae nobilitata est tot illustrissimorum sanguine martyrum, auxilium aliquod procuretur.

Ratio prima. Summa necessitas.

Quantopere indigeant christiani Iaponenses aliquo subsidio, satis clarum est ex eo quod in saevissima persecutione tam multorum amorum destituti fuerint omni sacramentorum subsidio, neque quemquam habeant a quo ad constantiam animentur. Quod si illi tanta fortitudine, cum extremo periculo capitis et fortunarum, legem christianam constantiter servaverunt spatio plurimorum amorum; nunc iure tandem possunt exigere ut, duorum triumve saltem periculo, aliquid eis solatium a Societate nostra afferatur, a qua scilicet christianam fidem acceperunt.

Nulla est omnino Ecclesia in toto terrarum orbe quae tantam ostendit in fide tuenda constantiam in saevissimis tormentis quam Iaponica; nulla nunc magis subsidio destituta et (pag.2) afflicta. Merito igitur supra caeteras omnes modo postulat ut sibi, per annos fere 40 derelicta, etiam cum aliquorum discrimine succurratur.

Ratio secunda. Spes magna.

Haec Ecclesia, inter omnes asiaticas, longe maiores animarum fructus promittit, si in pristinam suam libertatem restitui contingat. Etenim id satis superque ostendit gentis illius magna

(1) A la page 74 de Bibliotheca Asiatica, Part II (Catalogue 455 de livres mis en vente en 1924 par Maggs Bros., Londres), se voit un "Autograph Manuscript" de Thomas; "Rationes praecipuae pro Expeditione Iaponica"; "No date 1679". Il n'a guère de doute que cet exemplaire soit eu pour destinataire la Duchesse d'Aveiro, la grande bienfaitrice de Thomas, et dont le projet favori de Mission était précisément la ré-ouverture de celle du Japon. Le Catalogue traduit tout l'essentiel de la Pièce; il s'y trouve même quelques passages qu'on ne lit pas dans notre autographe: on les signalera en note sous le sigle MB. L'"Envoi" de la fin n'y est pas, naturellement.

constantia, indoles ad virtutem magnopere idonea ac praesertim copiosissimus martyrum sanguis, qui semen christianorum est. Ad haec, talia sunt Iaponensium ingenia ut non solum sibi missionarios et sacerdotes illa Ecclesia gignere possit, sed deinceps et aliis regionibus suppeditare; ita ut a Iaponiae conversione etiam vicinorum regnorum conversio multum pendere videatur.

Deinde spem magnam boni successus facit, quod valde credibile sit nunc divinae pietatis viscera commota esse tam diuturnis christianorum gemitibus et lacrimis, tot generosorum martyrum suppliciis et morte, qui Deum exorare non cessant pro Ecclesiae Iaponicae libertate.

(pag. 3)
 Insuper, cum fere a 40 annis non fuerit a quoquam sacerdote tentatus ingressus in Iaponiam, nec proinde quemquam detexerint Iapones ingredi tentantem, nullo modo ~~est~~ est, credibile quod nunc magnam in portibus cautelam adhibeant. Etenim, si communiter scidit in urbibus obsessis ut elanguere soleat vigillum diligentia ubi diu est ab assultu cessatum; quanto magis, cum per tot annos ~~non~~ neminem deprehenderint Iapones sacerdotem occulte ingredi conantem, plurimum de pristina diligentia in ingressibus custodiendis decessit.

x
 At fere est eos etiam in portibus caute omnia observare. Sed unde haec fama? nisi ab Hollandis in Batavia nova habitantibus, qui omni studio curant ut ne cuiquam catholico veniat in mentem in Iaponiam penetrandi, ut ipsi secure toto Iaponiae commercio fruantur. Quod si omnia inspicerentur cominus, aliud prorsus appareret quam dicant, ac fortasse magnae detegerentur occasiones quibus cum ingenti successu aliquid suscipi posset.

Non desunt etiam in Iaponia plurimi christiani; non desunt multi nobiles ac potentes qui clam Christi fidem profitentur; cum quibus, si conferre liceret, non solum inveniretur modus clandestinè capitulandi christianis, sed forte etiam in ipsam curiam ficta cosmographi aut astronomi persona penetrandi, ubi a divina Providentia occasio rerum mutandarum expectaretur.

Neque credibile est Iaponiae imperatori eam dem esse rabiem in christianos quae olim fuit (1); cum nulli amplius christiani in Iaponia morte afficiantur, ut ipsimet fatentur Hollandi: quod sane manifestum est ~~quod~~ (pag. 4) indicium persecutionis multum remissae et longe minoris odii in christianos.

Ratio tertia. Modus facilis.

t
 Hollandi bis in anno numerosam classem adornant in Bataviam novam, quae 30 circiter dierum navigatione distat a Iaponia. Quam sit facile personam cum illis fingere satis superque notum est iis qui fuerunt experti. Insuper constat varios peregrinos omnis generis, alicuius curiositatis causa, alios ratione commercii, eorum navibus paucissimis expensis ire in Bataviam novam, quos quidem benevole accipiunt, praesertim Belgas ac Germanos, eo quod fere vacuae hominibus eorum naves (2) in Orientem proficiantur.

Deinde e Batavia nova continuum est cum Nanguasaguio commercium. Ad eam urbem Iaponiae eunt redeuntque naves assiduo; et in eam

(1) MB: The Dutch say so, but how little credence do they deserve in this matter, when their words are prompted by the desire to preserve their commerce, which they always strive to ~~preserve~~ keep to themselves by all possible devices, because of the immense profit.

(2) MB: 50 or 100 ships.

libere ingredientibus Batavi, vel apud suos qui ibi plures sedem fixerunt tuto et libere habitant, vel in quibuscumque hospitibus ac domibus privatis. Neque ulla crucis aut iugis conculcatio in portu exigitur quando Batavicae naves appellant, cum Iapones ad id paratos esse Batavos pridem praesumant.

Igitur admodum facile est, aut sub praetextu curiositatis aut mercaturae aut delineandarum pro geographis terrarum, in Nanguasa^{quium} venire (1); ac primum caute explanare omnia: quis sit status rei christianae, quae catholicorum Iaponensium domus, etc.; deinde linguam discere, gubernatorem urbis et alios potentiores (pag. 5) munusculis mathematicis, obsequiis et curiosis sermonibus devincere, ac postmodum iisdem artibus paulatim se in gulam Principis insinuare, etc.; denique praecipuorum ibi christianorum notitiam assequi, qui quidem facile nunc cognosci possunt, quandoquidem nulla amplius poena in eos animadvertatur.

Supra haec accedere possunt plurima alia media et occasiones, quas quidem impossibile est praevidere, sed cum magno fundamentis a divina Providentia possunt sperari. Quod si una lepra usus est Deus ut Imperator Constantinus S. Sylvestrem latitantem arcesseret ut ab eo baptizaretur, an non modo in Iaponia aliqua eiusmodi de Dei manu occasio potest prudenter expectari, sanguine plurimorum martyrum per tot annos id postulante?

Quod si nihil horum quae iure sperari possunt succedat, saltem id gratum erit Deo quod post tantum temporis Societas rursus tentarit illud afflictas Ecclesiae auxilium; neque ullum aliud erit dispendium quam quod unus alterve e Societate nostra ad nobilissimum martyrum nostrorum numerum accedet, suo sanguine divinam clementiam pro Iaponensium Ecclesia imploraturus. Quoties olim principes christiani redintegrarunt ingentibus expensis bellum sacrum, licet iam saepius antea infelicissime gestum esset, cum innumerabilium christianorum clade et universae totius Ecclesiae luctu. Quidni igitur post dimidium fere saeculum, si non inferatur bellum daemoni (pag. 6) in Iaponia impune triumphanti, saltem mittantur pauci terrae exploratores quorum periculo spes ingentes divinae gloriae amplificandae emi possint?

Si denique ille modus tentandae Iapohiae non appareret adeo facilis quin aliquid etiam videretur habere temeritatis, nec propterea illa expeditio nunc reicienda dici posset. Etenim non licet atque etiam expedit, posita in Deum fiducia, aliquid identidem moliri pro Dei gloria et animarum salute quod supra humanam sit prudentiam? Quoties id fecit Xaverius, qui specialiter a Deo toti Societati nostrae exemplar in missionibus traditus est? Navi infidelium inter summa vitae discrimina in Iaponiam navigavit, ac deinde ausu magis admirabilem poenam capitis esse omnibus externis sine facultate ingredi-entibus constitutam. Praeterea, si aliqua sit temeritas, illa non erit maior quam saepe principes christiani pugnantes cum infidelibus feliciter admiserunt, dum longe imparibus copiis bellum gererent, spe victoriae in Dei ope constituta. Multa huiusmodi testimonia exhibet tum sacra, tum ecclesiastica historia, quod saepe expeditio-nes Dei causa susceptae supra humanum consilium longe feliciter exitum habuerint quam humana media promitterent. Etenim Deus, ubi pro sua gloria res geruntur non raro consiliis nonnihil supra humanam rationem susceptis, constituta in sua ope fiducia, delectatur.

(1) MB: Especially as the Catholic merchants of Amsterdam will help by procuring letters of recommendation.

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

(pag. 7) Ratio quarta. Nullum incommodum pro Societate.

Primum occurrere potest hoc incommodum quod Societas duos tresve e suis maxime selectos gravi mortis periculo exponeret; cum aliunde tanta sit alibi operariorum necessitas ut aliis Missionibus quae pacifice excoluntur non sufficiant.

At quam exiguum istud est in annis 40 eam aleam subire pro solatio Ecclesiae quam Societas nostra plantavit, quae est eius praecipuum decus, et quae supra omnes alias fructus animarum copiosissimos promittit. Deinde duorum triumve periculo totius Societatis nostrae renovabitur fervor quem Iaponicae expeditiones tantopere excitarunt. Et vero, bellum illud atrox, quod in Extremo Oriente contra idololatricam gerebatur, totius vastissimi corporis Societatis nostrae spiritus omnes commovebat, religionis nostrae primitivum illum vigorem et animosum divinae gloriae studium conservans.

Praeterea, attentis omnibus circumstantiis, non erit periculum admodum grave si res cum prudentia ac discretione debita administrantur. Quamvis enim in itinere Nostri ab Hollandis ex aliqua imprudentia aut improvise casu agnoscerentur, hoc unum sequeretur incommodum quod, dimissa spe Iaponiae intrandae, Macaum se convertere cogerentur, ubi se idoneos ad alias Missiones utilissime suscipiendas se compararent. Neque etiam timeri potest (pag. 8) quod, si in ipsa Iaponia ab Hollandis agnoscerentur, illi in manus Iaponum captivos traderent. Nam tali casu, cum foret e re ipsorum non cognosci a Iaponensibus quod suis manibus occulte sacerdotes in Iaponiam venerint, eos proinde illi eo clam in navim retractos in Bataviam novam reportarent.

Neque etiam in Iaponia tam grave erit periculum ne a Iaponensibus detegantur quin facile pluribus annis, magno christianorum solatio ac spe rerum mutandarum, latere possint, si omnia solerti prudentia et bene ordinato zelo gubernent. Si enim in saevissima omnium persecutione aliqui e nostra Societate multis annis in Iaponia latuerunt, christianis sacramenta ministrantes, cur idem non poterit fieri ubi modo nec a satellitibus quaeruntur, nec tam atrox fervet in christianos persecutio?

Alterum incommodum obici poterat ab expensis huius expeditionis, quae possent certiori fructu ad transmittendos in alias Missiones operarios impendi. Verum et hoc quoque temporale incommodum sustulit Deus, quando media necessaria ita fore omnia iam in manus dedit (1) ut de illis nulla prorsus sollicitudo esse debeat, adeoque nec ulla omnino difficultas ea ex parte existat. Et vero iam in promptu sunt omnia quibus totum opus Iaponicae expeditionis executioni tradatur sine ulla (pag. 9) procuratorum expensa, ita ut alias Missiones nullam penitus ex eo suscepto opere incurram patientur.

Ratio quinta. Nullum incommodum pro Corona Lusitaniae.

Difficultas in hoc prima specie apparet quod via Batavorum mitti nequeant Lusitani, ne illic ab Hollandis ipsa lingua pro Lusitanis cogniti reiciantur a navibus, sed ire debeant externi in Iaponiam via hollandica: quod fortasse Lusitanae Curiae displiceret.

Verum, nullum existet inde obstaculum si a Sereniss. Principe facultas duobus tribusve concedatur ob tanti momenti expeditionem; quam quidem licentiam certe et libentissime concessurum esse duobus tribusve Germanis aut Belgis tum PP. nostrorum in hac Provincia iudicium, tum maxime rationes sequentes evidentiter persuadent.

(1) Par l'entremise de la Duchesse d'Aveiro, comme Thomas le dit dans la lettre suivante, le 9 octobre 1679.

Prima est quod tamdiu Lusitania caritura est commercio Iaponico ³³
 quamdiu catholica fides non restaurabitur in Iaponia, cum odium
 fidei fuerit motivum principale propter quod Iapones Lusitanas naves
 a suis portibus in perpetuum et severissime proscripserunt. At vero
 quomodo sperari potest fidei restauratio nisi aliqui occulte ingre-
 dian-
 diantur, qui illam omni diligentia et magnis laboribus procurent?
 (pag. 10) Quomodo vero intrabunt nisi per naves Batavicas, cum aliis
 Europaeis commercium omne cum Iaponis sit interdictum? Quare si,
 vero Deo adjuvante, fides simul cum commercio Macaensi restituatur,
 tunc aperta erit via Macaensis qua Nostri deinceps navibus Lusitanis
 ut ante in Iaponiam navigabunt. (1)

Secunda ratio est quod Germani et Belgae in China et aliis in locis
 orientalibus fidelissime bono commercii et Coronae Lusitaniae servi-
 erunt, uti passim notum est. Igitur, cum fidem suam tam diu constan-
 ter Regibus Lusitaniae probaverint, an non iure merito fidere illis
 potest Sereniss. Princeps, praesertim in negotio nulla ex parte sibi
 periculoso, sed quod nihil omnino nocere, plurimum autem prodesse
 potest. (2)

Cum ergo ab illius expeditionis bono successu non solum sequatur
 innumerabilium animarum aeterna salus, pro qua tam studiosi fuerunt
 Lusitaniae Reges ut eam ob rem suos thesauros effuderint; sed insu-
 per certa spes affulgeat ditissimi commercii recuperandi si restitua-
 tur fidei christianae libertas, evidenter sequitur quod facile et
 lubentissime eam licentiam praedictam Sereniss. Princeps concedet,
 ad quam quidem procurandam per eius confessorium R. P. Provincialis
 huius Provinciae hoc in collegio nuper se mihi obtulit.

Denique, ut ne etiam ab illo consensu tota res pendere videatur,
 casu quo negari (pag. 11) contingeret (quod tamen non continget
 facile), superest hoc remedium ut, maioribus quidem expensis, lon-
 giori tempore et forte minori personam dissimulandi difficultate,
 via Coana expeditio illa tentetur. Etenim, mutato in urbe Coana
 habitu, navigari potest Cochinum aut Suratum, ubi spes est inveniend-
 di navim Hollandicam, quae 20 circiter dierum navigatione potest navi-
 gari in Bataviam novam.

Reverende admodum Pater,

Ecce veluti libellum supplicem quem, R^{ae} paternitatis Vestrae ge-
 nibus advoluta, operta sanguine et lacrimis offert Iaponensis Eccle-
 sia, exixe rogans ut misereatur deformatae illius Christi sponsae,
 quam Societas nostra tantis olim laboribus et sanguine in Christo
 genuit; et ut ne illi qui ad rigidissimum armarunt certamen ab omni-
 bus desertam suo praesidio destituant; sperans fore ut nunc, commo-
 tis visceribus divinae pietatis, fructus colligi possint quos semi-
 navit martyrum sanguis.


Comimbricæ, 4 octobris 1679.

D'une autre main (pag. 12): Iaponia, 1679. Per manus EP. AA. F. S. MA.
 R. in litteris ad Provinciales Lusitaniae, 15 dec. 1679; et in litte-
 ris ad P. Antonium Thomam, ~~qui~~ hanc synopsis misit, 16 dec. 1679. In
 registro Iaponiae.

(1) MB. Au lieu de cette phrase: Further, the expedition to Japan
 succeeds, or not. If it does not succeed, the position of Portugal will
 remain exactly what it was. If it does succeed, and if the freedom of
 the faith is restored, all obstacles to the Portuguese commerce will
 be removed, and the route from Macao will be opened, much to the ad-
 vantage of that town, and to the benefit of members of our Society,
 who will sail from there to Japan in Portuguese ships, as before.

(2) MB: If necessary, those who are sent might bind themselves by
 oath to place themselves at the disposal of the Portuguese Crown, as
 if they were Portuguese subjects; with the restrictions that no con-
 flict arises with the religious duties, and that the jurisdiction of
 the Portuguese Crown shall only be valid within the boundaries set
 by Pope Alexander VI.

III. Lettre du vice-roi des Indes à l'empereur du Japon



Sua l'entrée au Japon. Exat. phot. 36, fol. 2

Cum vere religionis negotium diversum sit a Principum politicis rationibus, et Lusitani pacem et commercium habeant cum multis nationibus ad quas praedicatorum evangelici aditus non habent, significare statui Vestrae Majestati, idem quoque in Japonia fieri posse, si in suos portus Lusitanos rursus admittat, atque ita Majestas Vestra suum intentum consequetur, et pax et ~~///~~ amicitia cum subditis Majestatis Vestrae renovabitur.

Pluribus viis hanc epistolam mitte, ut ad manus Vestrae Majestatis securius perveniat; cujus later non est Lusitanus, quia Majestatis Vestrae decreta viam Lusitanis occluserunt. Si Majestas Vestra dignetur tollere, sua benevolentia, factam prohibitionem, lubenter omnes in obsequium Majestatis Vestrae advelabimus. [Celsissime ac potentissime Imperator, regiam Vestram Majestatem Deus incolumem servet.]

(marcum) Goae, 1^a maii 1683.)

IV. Lettre d'Antoine Thomas à Charles de Noyelle récapitulant les événements relatifs
au Japon

Antoine Thomas à Charles de Noyelle (2)

Macao, juin-août 1685

Autographe. Archives Romaines de la Compagnie de Jésus (1)

Depuis deux ans de nombreuses Pièces ont fait mention d'une lettre du Vice-Roi des Indes à l'Empereur du Japon et de l'arrivée de douze Japonais à Macao. Voici maintenant l'"Historique" de tous les événements concernant le Japon qui se sont passés dans cette ville, depuis le 5 août 1683, date de l'arrivée de la lettre, jusqu'au 13 juin 1685, jour du départ triomphal pour Nagasaki du navire rapatriant les douze Japonais.

Au début, le texte de la lettre du Vice-Roi. La partie la plus neuve de cette Pièce est celle qui expose, avec force détails, les multiples incidents et péripéties qui accompagnèrent la préparation de l'expédition à Nagasaki. On verra comment, à l'instant le plus critique, l'énergique intervention du P. Grimaldi, qui venait de Pékin chercher le P. Thomas, fit soudain sauter tous les obstacles.

D'une autre main: 1685. P. Antonius Thomas scribit.

De spe aperiendae Iaponiae divinitus allata anno 1685, quo navis Lusitana profecta est in Iaponiam.

Iam a biennio sollicitatus Indiae Proregis animus varia secum meditabatur consilia quibus, pro sua pietate ac divinae gloriae zelo, Iaponicae Ecclesiae extrema necessitate laboranti opem procuraret. Eam ob rem inito consilio, litteras huc misit ad Imperatorem ~~Indiarum~~ ^{Iapo} destinatas, quibus viam ad mittendam secure legationem aperire nitabatur, et pristinum cum Iaponia restaurare commercium Lusitanorum.

Eae litterae ex ipso autographo translatae sic habent (2):

"Imperatori Iaponiae Comes de Alvoz, Indiae Prorex.
"Celsissime ac potentissime Imperator,

"Ego, Franciscus de Tavora, Comes de Alvoz e Consilio regio, Prorex et supremus Indiae Praefectus,

"Post mortem Celsissimi et potentissimi Domini Ioannis IV, Dei gratia in regnum et dominia Lusitaniae, Algarbiorum, utriusque maris Africae, commercii Ethiopiae, Arabiae, Persidis et Indiae, etc., successit Serenissimus Princeps Petrus Dominus meus et, cum haereditate monarchiae Lusitanicae, haeres quoque fuit magni desiderii pacem renovandi ac armorum societatem quam antiquitus maiores sui cum Celsissimis ac potentissimis Iaponiae Imperatoribus coluerunt. Eam ob rem iussit omnibus modis eandem unionem et concordiam conquiriti ac renovari, ut deinceps pristina reveatur amicitia quae olim floruit inter Iapones et Lusitanos, ex animi utriusque gentis magnitudine nata, quae omnes totius orbis nationes longe antecellunt.

(1) Copie du temps, en partie résumée et en partie traduite en anglais dans: Bibliotheca Asiatica, Part II, pp. 40-42. Ce Mémoire y est incorrectement attribué au P. François Noël. — Né à Hestrud (Hainaut) le 18 août 1651, ce Père entra dans la Compagnie en septembre 1670, arriva à Macao le 9 août 1685 et mourut à Lille le 17 septembre 1729.

(2) Copie portugaise de la main de Thomas signalée id., pp. 1-2; avec traduction anglaise.

"Cupiens autem exequi mandata Principis mei, cum attente perlegerem responsum quod potentissimus Imperator, Maiestatis Vestrae praecessor, dignatus est tradere legatis Regis Lusitaniae anno 1647, cognovi totam rei difficultatem versari (pag. 2) circa praedictores evangelicos qui Christi legem propagant. Cum vero religionis negotium diversum sit a Principum politicis rationibus, et Lusitani pacem et commercia habeant cum multis nationibus ad quas praedictores evangelici aditum non habent, significare statui Vestrae Maiestati idem admittat; atque ita Maiestas Vestra suum intentum consequetur, et pax et amicitia cum subditis Maiestatis Vestrae renovabitur.

"Pluribus viis hanc epistolam mitto, ut ad manum Vestrae Maiestatis securius perveniat; cuius later non est Lusitanus quia Maiestatis Vestrae decreta viam Lusitanis ocluserunt. Si Maiestas Vestra dignetur tollere pro sua benevolentia olim factam prohibitionem, lubenter omnes in obsequium Maiestatis Vestrae advolabimus.

"Celsissime ac potentissime Imperator, regiam Vestram Maiestatem Deus incolorem servet.

"Goae, 1 maii 1683".

Haec ubi epistola Macaum pervenit 5 augusti eiusdem anni, generalis Praefectus re eodem die deliberata navim quae in portu eo anno haeserat, alienigena praefecto simul et navercho una cum nautis Sinensibus, mittere illico in Iaponiam constituit, quae epistolam Proregis Nangasachium deferret. Verum cum postmodum difficultates occurrissent, quae tam exiguo temporis spatio vinci non poterant, mutato consilio variae quaesitae sunt viae ad iussa Proregis exequenda.

Quum autem nullae occurrerent, Sinensibus praesertim qui quotannis in Iaponiam navigant tale officium suo noxium commercio respicientibus, responsum est Proregi tum a generali Praefecto, tum a magistratu, nullam prorsus viam reperiri qua litterae ad Iaponiae Imperatorem Transmitterentur; consultum omnino videri, animis Iaponum longo tempore mitigatis, legatione aliam tentare, in qua (pag. 3) saltem nullum esse periculum videbatur sed spes non modica boni successus. His additis est libellus rationum ad Proregem, quibus ad mittendam eam legationem vehementer incitabatur.

Earum haec summa erat: quod longe meliores nunc temporum circumstantiae forent quam dum Ioannes IV Rex Lusitaniae anno 1647 legationem misit; iam enim valde disimutam esse ibi Batavorum auctoritatem ac potentiam, qui tunc irrites reddiderunt Lusitanorum conatus; defertuisse erga christianos odium cum constaret iam ab annis illi neminem pro fide fuisse occisum; illam aversionem a Lusitanis tempore mitigatam; aliam nunc esse Curiam, alios moderatores imperii, aliam nobilitatem; ac denique, cum divina Providentia nunquam ferro extinguere permittat nascentem Ecclesiam, ne penitus in Iaponia interiret videri tempus advenisse quo illi Ecclesiae tentis persecutionibus paene excisae aperte ad subsidium mittendum ostio succurrat, et tam copiosi sanguinis martyrum fructus colligatur.

His multo pauciora necessaria erant ut piissimum atque iam proprio zelo incitatum Proregis animus moverent ad legationem in Iaponiam anno 1684 mittendam. Verum paucis ante mensibus, irrupens hostis in terras Lusitanas et ad viros usque Goae inferens bellum ita deformaverat Indiam et exhauserat serarium ut curae et opes conservandae metropoli necessariae ad alia negotia et expeditiones divertiri non possent. Quare rescripsit Prorex in praesens quidem adornari non posse eam legationem, quam proinde in tempora meliora

(1) De Thomas, 3 décembre 1683.

differret; dum interea aliae atque aliae viae mittendae epistolae suae in Iaponiam tentarentur.

Hoc ubi responsum venit Maceum 24 Iulii, rursus a generali Praefecto urbis tentati sunt Sinenses, promissa liberaliter pecunia ut epistolam deferrent Nangasachium. Verum frustra laborabatur, ipso metu atque commercii sui labefactandi periculo aures occudente. Inventus scilicet est unus, praefecti navis regiae Siamensis consanguineus, (pag. 4) qui discedens in Iaponiam spondit fore ut diligenter exploraret vias quibus secure eam epistolam, quam tunc deferre non est ausus, ad manus Imperatoris transmitteret.

Huic exiguae spei accessit nuntius ab Aula Pekinensi legatos ab Imperatore Iaponiae brevi Pekinam mittendos, ubi sperabatur fore ut illi, Patrum favoribus et obsequiis devincti et palam in Curia illa religionem christianam coli videntes, Imperatoris sui animum reduces a suggestis per Hollandos malis suspicionibus contra Lusitanam gentem et eorum missionarios averterent.

Inter haec, cum consultum foret divinam opem multiplicatis ad Deum precibus exorare ut spes adeo remotae paulatim accrescerent, restaurato B. Virginis sacello quod in arce colli imposita eminet olimque erat veluti pharos redeuntibus e Iaponia, placuit in ea Congregationem erigere, cuius finis foret qua iniunctis Sacrificiis, qua aliis orationibus, a Deo libertatem Ecclesiae Iaponiae deprecari.

Igitur 9 novembris eiusdem anni 1684, solenni supplicatione imago D. Virginis ex urbe in eam arcem, quae mille circiter passibus a muris ad ripam maris eminet, magna pompa ac pietate deportata est, praecipuis civitatis numeris successive supponentibus. Comitabatur generalis Praefectus atque $\frac{1}{2}$ magna pars civitatis; stabat in armis praesidium, et ex utraque arce resonabat festa explosio currulium tormentorum.

Die vero 12, quae erat dominica secunda novembris, missa solemniter a Praeposito celebrata habitaque concione, in qua de fine huius festivitatis atque Congregationis instituendae agebatur excitabanturque omnes ad preces Deo fundendas pro Ecclesiae Iaponicae libertate. Una congregati generalis Praefectus, Praepositus alique urbis primates novam Congregationem erexerunt, in eius libro suis nominibus adscriptis. Deinde, conversis ad finem eius procurandum curis, eodem die constituerunt ut singulis diebus sabbati ibi Sacrum pro Ecclesia Iaponica diceretur, et altera dominica sequenti altera festivitas fieret nomine novae Congregationis.

Insolitus fervor qui in omnibus elucebat, et inspirata ad stabilendam Congregationem in his angustiis (pag. 5) temporibus liberalitas a Deo hunc pro Iaponia conatum approbari ostendere videbatur. Electus est eius protector Melchior d'Amral de Meneses, generalis Praefectus urbis, et in eius officio successores; qui sua praesentia ac pietate singulari, pluribusque diebus repetita tormentorum micrum explosione, festivitatem pietatemque aliorum non parum adauxit.

Post haec, rediit e Iaponia homo Sinensis de quo supra actum est, qui retulit rebus ibi exploratis iam pridem nihil amplius inquiri contra christianos; non esse hodie tale odium Lusitanorum in Iaponia quale olim fuerat, neque amplius sacram Christi Domini imaginem in ingressu conculcari; quoad epistolam vero quam scripserat Prorex, prae metu neminem fore qui eam Imperatori tradere in se suscipiat. Quare, desperata illius mittendae opportunitate, divina Providentia Iaponicae Ecclesiae prospicere volens viam repente aperuit, quam nec cogitatio humana praemeditari nec humana poterat procurare industria, ut hoc aeternae salutis tot animarum negotium palam a se regi innotesceret atque ad exitum perducere viis plus quam humanis.

Die 10 martii, quae dies erat sabbati quo Sacrum celebratum erat in sacello B. Virginis pro Iaponia indictum a nova Congregatione, et qua celebrabatur octava dies novemialis D. Xaverii in nostro templo, venit tantum vesperi navim aliquam Iaponensium appulisse haud procul ab hac urbe. Illico aliquot cives cyziba vecti eo properarunt, ad quorum aspectum Sinenses qui praedandi causa navim intraverant surreptis non paucis recesserunt. Ea navi duodecim Iapones de plebe vehebantur, quorum aliquos adduxerunt in urbem. Ex iis cognitum est, cum a Yedo Iaponiae regia urbe navigarent cum paucis mercibus secundum littora in Yxe patriam suam, vehementi tempestate, triginta ~~hinc inde taudiu~~ trium dierum spatio per maria iactatos esse, nulla nisi harum insularum Macao adiacentium tellure conspecta.

Coepit ea tempestas 5 februerii, die SS. Martyrum Iaponensium, quo certius de eius causis plus quam humanis constaret et quem ob finem a divina Providentia ordinaretur. Prodigiousum omnino visum est, in 300 leucarum tractu maris plurimas insulis passim occurrentibus resperso, eos homines (pag. 6) hinc inde taudiu tempestate iactatos nullius insulae aut continentis littora vidisse, ad quae deficiente iam amona appellarent; ita ut prorsus videatur, Dei Providentia clavum tenente, ignaros quo tenderent relictoque gubernaculo tempestati navim permissentes, ad has insulas appulisse: inter quarum multiplices anfractus, cum non raro naverchi aberrant, ipsi recta cursum Macaum versus tenuerunt.

Altera die navis Iaponica intra portum adducta est cum ingenti totius civitatis laetitia; et Iapones, a magistratu liberaliter excepti, expensis publicis domo rebusque omnibus necessariis donati sunt. Obstupescabant se in peregrina terra gratis adeo opipara tractari, se multo magis quaedo cognoverunt se esse in urbe Lusitanorum, qui adeo indigne et sine causa expulsi fuerant e Iaponia, Patribus eorum crudeliter crebro trucidatis. Verum eis responsum fuit eam esse Christi legem quam Lusitani sequerentur ut ad eam servandam necesse sit invidios diligere et pro iniuriis beneficia rependere; insuper Lusitaniae Regem, pro animi sui magnitudine, pridem in urbibus suis mandasse ut, si quis se offerret occasio, Iaponiae Imperatoris subditos benevole et opipare tractarent. Ad haec istis hominibus stupor erat et admiratio, omniaque quae audiebant et experiebantur in suos codices referebant. Ibant identidem invitati ad domos Lusitanorum atque etiam ad Collegium, ubi lauto convivio 15 maii excepti sunt et quibusdam manusculis donati.

Adeo perspectum erat universae civitati eam occasionem aperiendae Iaponiae divinitus oblatam esse ut difficile non fuerit persuadere ut navis Lusitana ad eos in patriam revehendae pararetur (1). Prima aprilis decretum fuit a magistratu ut consilium universale urbis in diem quartam huius haec super re cogeretur, in quo negotium de quo deliberandum erat propositum fuit his verbis:

(pag. 7) "Propositio facta a magistratu urbis Macaensis generali Praefecto, Praepiscopo aliisque viris primariis ad consilium congregatis, 4 aprilis 1685.

"Cuiusmodi notum est quomodo 10 martii anni huius ad hanc urbem appulit navis Iaponica cum Iaponibus duodecim, quae ad has insulas

(1) En marge, d'une autre main: Navis enim quae venerant Iapones non videbatur per intrandis tam longis pleni oceani tractibus, nec illa in patriam remitti soli poterant, utpote ignari viarum. Deinde aliquis qua redirent Lusitani opus erat.

e litteribus Iaponiae tempestate abrepta est, ut ipsi aiunt. Verum magis ex secreta Dei coordinatione quam ex fortuito casu id nobis videtur contigisse, cum fieri non possit ut, tot insulis ac terris in mari Iaponico existentibus, ad has insulas adeo remotas nullis aliis conspectis pervenerint. Haec est totius huius urbis opinio, cuius una vox est, divinam Providentiam cum alia deessent aedea hunc appulsum Iaponum in hanc urbem ordinasse ut hac occasione via rursus Evangelio in Iaponiam aperiretur, cum gloria Coronae Lusitaniae atque huius urbis proventu, commercio scilicet cum Iaponia restaurato.

"Ne autem huic tantae occasioni nos deessemus, ad quos utique pertinet politica huius urbis gubernatio, eos opipare tractari omnibusque necessariis instrui mandavimus, nobiscum statuentes unam nostram navis ad tempus opportunum praeparare qua in Iaponiam devecti Imperatori suo restituantur. Sperandum autem videtur fore ut Imperator, visa hac Lusitanorum magnanimitate et erga subditos suos caritate, rursus commercium Lusitanorum in terris suis admittat, et ita clausa Evangelio ianus demum aperiat.

"Quod si vero id non contingat, saltem haec civitas hoc obsequium suo Principi praestiterit, cuius nota sunt atque perspecta Iaponicae navigationis pristinae desideria, quae Suae Celsitudini zelus salutis animarum pridem vehementer incendit. Constat insuper de Proregis in hoc negotio voluntate, cum adeo sollicito commercium litterarum cum Imperatore (pag. 8) Iaponiae missis huc litteris procurarit, nec dubium est quin, si hic adesset Prorex, totis viribus hac occasione ad aperiendam Iaponiam uteretur.

"Cum autem hoc negotium summi momenti sit, ad hoc consilium illud referendum iudicavimus; in quo, si videatur utendum esse hac occasione modo supradicto, decernatur quae navis ad hoc iter destinanda, quis ex hac urbe ad tractandum hoc negotium mittendus sit, ac demum qua ratione colligi possit sererium quod omnibus huius navigationis expensis sufficiat. Neque haec deliberatio ulterius in aliud tempus prorogari potest, cum sub initium iunii parata navis esse debeat ut eo maxime commode tempore proficiscatur Nangassachium. Existimamus autem nullam in hoc negotio controversiam fore, cum satis notum sit quantopere omnes tum zelo rei christianae, tum etiam obsequii Sere-nissimi Principis desiderio, ducantur.

"Scriptum a Francisco Fragoso, secretario magistratus urbis Macaensis, die et anno ut supra".

Haec ubi palam in consilio a secretario perlata sunt, omnes unanimi zelo incitati mittendam navem Lusitanam Nangassachium decreverunt. Verum duae gravissimae difficultates occurrebant. Primum, non solum haec civitas ob pristinas calamitates tantis sumptibus sufficere non posse videbatur, nec modus occurrebat tantae pecuniae colligendae; sed insuper graviores calamitates timebantur ex novis tributis quae commissarii ex Aula (1) missi ab Imperatore imponere huic civitati minabantur: ita ut iam passim cives animis cadentes actum esse de civitate Macaensi promittant; et iam inter praedictos commissarios et huius urbis magistratum gravis exorta erant dissidia, iis urbem iam de rebellionem accusantibus contra Imperatorem quod immodica tributa super mercibus imponenda pendere respue- rent, neque in medio civitatis domum Praefecto tributorum Tartarum edificari paterentur.

Hanc primam difficultatem, quae omnes (pag. 9) propemodum terravit una cum Societate nostra perillustris Dominus Petrus Vas Sequeira, anno praeterito ad Regem Siamensem legatus, quocum i

(1) En marge, d'une autre main: Pekinensi.

111

Collegio nostro 7 aprilis initum est pactum ut ipse tertiam sumptuum partem, tertiam item Provincia Iaponica Societatis, reliquam vero duo mercatores qui penderent, eam ad id invitati obtulerunt. Haec oblatio eodem die facta consilio rursus congregato, ingentem civitati laetitiam attulit, statimque actum est de altera difficultate vincenda.

Ea erat quod tunc naves omnes Macaenses iam essent ad exercenda commercia in varias partes profectae, praeter unam quae propediem Manillam vela faciebat. Cum vero sine gravi civitatis iactura ea navis iam mercibus onerata retrahi non posset ab itinere destinato, communi suffragium fuit ut quaedam Hollandica navis a viro Sinensi empti, quae haud procul erat in anchoris, cogeretur ingredi portum atque ad Iaponicum iter emaretur. Vi inferendae causam dabant quaedam graves iniuriae ac iacturae quas haec civitas ab ea navi toleraverat; et a paucis diebus ex urbe triginta captivi / profugerant ab uno Sinensi cymba sublatis, qui ad usum illius navis surrepti non vane credebantur. Quare eodem die decretum fuit a consilio ut navis D. Pauli Manillam destinata, armata milite, exiret e portu eamque navim adigeret ad portum urbis ingrediendum. Cum mollia verba nihil valerent, vim inferre parant Lusitani.

Interea, cum ingens periculum imminere videretur urbi ex illa vi illata, non defuit Societas quondam generali Praefecto vim illam dissuaderet satiusque fore ostenderet naves Lusitanas mense Iunio hic forte redituras expectare, quae illico ad Iaponicum iter instrui possent. Igitur, die 9 eiusdem mensis, scripsit generalis Praefectus epistolam ad magistratum, qua admovebat satius esse rem adeo periculosam rursus ad consilium evocare. Verum, divina Providentia rem incognitis viis dirigente, nullum ex hoc bello urbi periculum fore respondit. Quare die 10, explosis ultro citroque tormentis maioribus non paucis, navis a duobus aliis Sinensibus (pag. 10) defensa capitur ac Lusitani post meridiem una cum praeda redeunt in portum.

Interea fama vulgata est tota urbe Cantonensi urbem Macaensem contra Imperatorem arma cepisse, multisque occisis Sinensibus Lusitanos in terras imperii irrupuisse, cuncta ferro et igne vastantes. Verum, ubi res gesta nota fuit, Prorex Cantonensis Macaum mandarinos misit qui de hac vi illata plene inquirerent, ut Lusitani ad omnia damna resarcienda cogerentur, quae Sinenses per fraudem aiebant esse plus quam centum millia aureorum. Praeterea Sinenses ac praesertim mandarini non pauci, cum suo Iaponico commercio timerent ex proxima navigatione Lusitanorum in Iaponiam, a Prorege haud difficile obtinuerunt diploma quo vetebatur ne qua navis Lusitana exiret e portu Macaensi sine petita et concessa facultate. Insuper Prorex non invitatus statuit cogere Lusitanos ut duodecim Iapones qui Macaum appulerant Sinensibus in Iaponiam navigantibus traderent eo deportandos. Etenim, Prorex praeterquam quod ex commercio Iaponico insigne lucrum reportat, aiunt quoque pecunia emptum fuisse ut efficacius iter Lusitanorum in Iaponiam impediret.

Haec difficultas adeo insuperabilis erat ut nullis viribus humanis vinci posse videretur, quod ita visum est contigisse ut clarius omnibus notum esset hoc negotium divinis magis quam humanis consiliis regi. Etenim, ubi desperata videbantur omnia, divina Providentia eodem tempore non expectatis efficacis accersivit remedium. Hoc modo se res habuit.

Anno praeterito decreverat Imperator aliquem e Societate nostra mathematicis disciplinis instructum (1) Macao accersire in Curiam.

(1) En marge, d'une autre main: P. Antonium Thomas.

De eo quoque iam egerat cum P. Ferdinando Verbiest. Verum postmodum aliis negotiis distractus, ac praesertim itinere in provinciam Nankinensem, de hoc proposito iam oblitus esse videbatur. Redierat Pekinum mense Ianuario, nec quidquam de eo locutus, aut mutasse propositum, aut oblivioni dedisse credebatur. Verum 17 martii sponte P. Ferdinandum admonet tempus opportunum advenisse (pag. 11) quo suum expleret consilium. Igitur, ut stylum Curiae Pekinensis sequeretur in eo Imperator, libellum supplicem sibi offerri mandat quo P. Ferdinandus iam senex sibi adiutorem deponat. Eo confecto et dato primo kolsis ac deinde tribunali rituum, mentem suam aperit Imperator de astrologo Europeo qui Macaum venerat in Curiam accersendo. Consilium eius, uti solet, ab omnibus magnopere probatum est, duoque mandarini ex eodem tribunali Macaum sunt deputati. His Imperator P. Philippum Grimaldi e Societate nostra sibi maxime gratiosum adiecit, inter quos primum quoque locum attribuit ad auctoritatem maiorem ei dandam, a Dec certos $\frac{1}{2}$ ob fines ordinatam.

Interea, dum civitas Macaensis multis angitur timoribus, nec pauci ultimam eius ruinam praesagiunt, haec fama Cantone vulgatur. Prorex, admonitus a filio in Curia degente magni referre P. Grimaldi inire gratiam, illico P. Xaverium Philippucci (1) e Societate nostra ad se accersit et honorifice convivio exceptum rogat ut dignetur Macaum festinare ad res Lusitanorum super navi ab eis capta componendas; adiecta tamen conditione ut naves Macaenses non exirent a portu sine facultate. Quare factum est ut, rebus amice compositis et exiguo urbis dispendio, navis D. Pauli, praetereunte tempore Manillam navigandi antequam obtineret facultatem, ab eius possessore D. Petro Vaz de Sequeira, cuius in hoc negotio satis non potest laudari liberalitas ac diligentia, oblata sit magistratui ad Iaponicum iter ineundum.

Quoniam vero spes non erat facultatis obtinendae a mandarinis sinensibus ut ea praesertim navis quae belli instrumentum fuerat in Iaponiam navigaretur, scriptae fuerunt litterae ad P. Philippum Grimaldi, quae in eius adventum Cantone servarentur. His de re tota admonitus, enixe rogabatur ut pro auctoritate quam obtinebat a Prorege extorqueret facultatem quae petebatur. Profectus ille una cum mandarinis Pekino 25 martii Cantonem venit m. 25, ubi magnis honoribus ac benevolentia a Prorege aliisque mandarinis maioribus exceptus est.

Is visis litteris, zelo (pag. 12) pro Iaponia incensus, Proregem adit rogatque ut quam citissime facultatem pro navi in Iaponiam eunte mittat Macaum. Perculit Proregem haec postulatio, responditque non esse opus ut Lusitani magnis expensis iter hoc Iaponicum susciperent; non deesse naves Sinenses quibus sibi mens erat eos duodecim Iapones in patriam deportari curare.

Ex hoc response cognovit Pater rem scrius necessario urgendam esse Igitur: "Non ita fiet, inquit, ut illi Iapones e Lusitanorum manibus eripiantur cuius se fidei commiserunt. Aut illico dabitur ea facultas, aut ipse postridie Macaum proficiscens eam navim Lusitanam propriis auctoritate mittam in Iaponiam, Imperatori ut par est rationem postmodum facti redditurus". Ita Proregem haec verba terruerunt ut, ultro postulate concedens, diploma summa festinatione expediri ac mitti Macaum curavit, quo non solum petitam facultatem dabat, sed etiam exemptionem ab omni quod pro Imperatore nunc navibus imponitur tributo.

(1) François Xavier Philippucci, né à Macerata le 5 janvier 1632, entré dans la Compagnie en 1650, arrivé en Chine en 1671, mort à Macao le 15 août 1692.

Haec ubi Macaum venerunt, mira totius civitatis laetitia singularem Dei Providentiam admirantis, paratur navis ad iter. Cives rursus prima iunii coacti in consilium magnam ultro vim pecuniae pendunt ad maiorem huius expeditionis apparatus, nescio quo divini spiritus impulsu operante in singulorum animis ad urgendum concorditer idem negotium incensis.

Iaponibus duodecim novae vestes splendidusque comestus paratur. Praeter deputatum ad gerenda negotia (1), insuper Iaponicae navigationis supremus praefectus, milites, nautae destinantur, daemone miris artibus fere quotidie alia atque alia impedimenta ac moras frustra opponente. Ingenti et supra communem modum celeritate ac studio, magnis conatibus ad perfectionem cuncta adornantur.

Inter ea dum haec aguntur, 6 iunii P. Philippus Grimaldi una cum duobus mandarinis e Curia missis, magno admodum comitatu apparatusque, Macaum ingreditur. Spectabant hunc magnificentem comitatum duodecim Iapones in campo extra muros urbis, suis testes futuri quanto honore ab Imperatore Sinico Patres Societatis haberentur, quos ipsi adeo atrociter fuerant persecuti. Ad diavdium miliare obviam prodiit magistratus, una cum (pag. 13) eo qui in Curiam evocabatur, Iaponibus antea in veste Societatis maxime notus. Propius urbem accedentes exceperunt sclopetarii milites, atque ex imminente arce festa tormentorum usiorum explosio. Concurrerat ad templum nostrum maior pars civitatis, quod ingressi mandarini, licet gentiles, in loco peristromate strato ante Venerabile Sacramentum procubuerunt in genua et pluries demisso in terram capite adoraverunt. Post haec demum, ingressi in amplo loco circumfusa multitudine, Imperatoris mandatum de deducendo Pekinum Patre quem suo nomine Sinico compellabant Tartarica lingua promulgarunt; quod is genuflexus Pater Sinico more, exhibita reverentia velut Imperatori praesenti, excepit.

Haec omnia spectabant Iapones, ea quae gerebantur edocti, divina Providentia ordinante ut testes essent Imperatori suo non esse adeo perniciosos Patres ac religiose catholicos qui ferro et flammis exterminari mererentur, cum Sinicus Imperator tanto honore dignos censeret et ad se in Curiam cum eo apparatu accerseret. Post haec, cum noti pridem essent Iaponibus Sinensium conatus ad impediendum suum iter navi Lusitana, eisque constaret quanta caritate atque auctoritate P. Grimaldi viam eis in patriam aperuisset, toti erant in eo sequendo dum per plateas incenderet et manuum capitisque gestu gratum animum erga eum significare.

Die 8 P. Grimaldi cum solito comitatu, uti necesse erat, ivit ad Iaponicam navim ubi, festa tormentorum explosione exceptus, eam expeditam omni Sinensium artificio reddidit ad iter; ibique per interpretem Iapones benigne allocutus, paucis edocuit quanta in aestimatione essent Patres Societatis nostrae apud Imperatorem, blandique solatos animatosque dimisit. Vix lacrimas continere prae gaudio poterant quod tanta benignitate atque honore a Patre haberentur, quem videbant in tanta auctoritate esse ut mandarini Sinenses qui Macai debebant in genua coram eo procuberent. His addidit primus mandarinus Tartarus liberale pecuniae donum, quam ipsi ad ostendendam eam Nangasachii servaverunt. Postera die, una cum P. Grimaldi discesserunt mandarini Cantonem comitante magistratu, ibi expectaturi tempus commodum quo Pekinum revertentur.

(1) En marge, d'une autre main: Ad quae etiam R. P. Visitator obtulerat magistratui unum e nostris primariis Patribus qui, veste mentita, id munus explere potuisset: quod expedire haec occasione minime iudicatum est.

124

(pag. 14) Iam instabat tempus navigationis Iaponicae cum Iapones lacrimabur- di, prae amore quem erga Lusitanos conceperant, praecipuis civibus urbans atque Societatis nostrae Patribus valedixerunt.

Die vero 11 cum interprete ad templum nostrum venerunt, ei vale- dicturi qui proxime Pekinum erat iturus. Illis rursus significavit quanta diligentia et amore P. Grimaldi reditum in patriam eis aperuis- set; quanta auctoritate Patres Societatis in China ac praesertim apud Imperatorem valerent, quo permittente palam ubique fidem catho- licam propagarent sine ulla perturbationis metu, in ipsa Curia magnifico templo publice erecto; curam astronomiae atque calendarii Patribus tanquam versatissimis ab Imperatore commissam esse, quod officium etiam lubenter in Curia Iaponensi praestaturi essent si ita Iaponiae Imperatori videretur. Post haec petiit ut Governatori Nangasachii significarent eos legatos quos e Iaponia Pekinum mitti dicebantur a Patribus ibi degentibus omni ope, sollicitudine atque auctoritate iuvandos, nec minorem benevolentiam experturos Pekini quam ipsi experti erant Macai a Lusitanis. Post haec dona eis obtu- lit, quae ipsi nullo modo accipere voluerunt, prioribus donis ac beneficiis contenti quibus iam se obrutos esse aiebant.

Data igitur postrema valedictione, die sequenti navem conscendere. Ubi vero dies 13 prima illuxit, D. Antonio sacer et ad perfectionem destinatus, primo diluculo navigationis Iaponicae praefectus ac reliqui audito Sacro navim ingressi sunt, ac paulo post e D. Antonii parochia egressa est solemnis supplicatio, in cuius cum venisset conspectum navis, sacerdos qui SS. Sacramentum deportabat ei benedic- tionem supremam impertit, ac deinde displicis omnibus tormentis ac sublatis anchoris, cum incredibili totius urbis spectantis laetitia vela explicuit.

Constitabantur naviculis vecti magistratus ac praecipui civitatis ac, cum iam exisset e portu, P. Balthasar de Rocha e Societate nos- tra in navi ad Lusitanos concionem habuit, qua eos animaret ut in negotio in quo tantus Dei honor, tot animarum salus atque Lusitaniae gloria ageretur, fortiter ac christiane sese gererent; cogitarent ab illa navi pendere Iaponiae spes omnes; in eam omnes illius (pag. 15) imperii martires angelosque custodes oculos convertisse, quorum patrociniis tecti et adiuti non dubitarent fore ut portas illas ab inferorum potestate clausas et obsessas aliquando tandem aperirent. His et huiusmodi non paucis cum spiritu et eloquentia dictis, flue- bant lacrimae ex ocellum oculis, quibus etiam suas Iapones miscebant, ubi praesertim civibus iam ultimam recedentibus valedixerunt, vix ultimos amplexus prae amoris dolore sustinentes.

Demum, ubi iam his expedita est navis, cum in conspectu sacelli B. Virginis de Guia transiret ubi ut supra dictum est ad orandum pro Iaponia recens instituta est Congregatio, displicis tormentis belli- cis et B. Virginis intercessione invocata cuius auspiciis res ageba- tur, faventibus ventis cursus tenuit navis in Iaponiam, quae velo- cissimo cursu in altum mare provecta eodem die proorsus disparuit (1).

in: sep- tonius rien-

(1) Le 24 septembre, le navire rentrait à Macao. Thomas n'y étant plus, un autre Père reprit la plume pour compléter le récit. L'échec était complet. Si les Portugais avaient été civilement traités, il leur avait été interdit de mettre pied à terre. Le bateau fut placé sous la plus stricte surveillance, et toutes précautions prises pour empêcher la moindre infiltration dans le pays de la religion catho- lique. Au départ, défense leur fut faite de revenir sous aucun pré- texte. Quae spes sperientiae Iaponiae, concludit le narrateur, hinc haberi possit, lectorum ratiocinio et coniecturis relinquo.

V. Lettre d'Antoine Thomas à François d'Aix de la Chaize

173

Antoine Thomas à François d'Aix de la Chaize

Macao, 23 mai 1685

Copie du temps. Fonds de l'Ecole Sainte-Geneviève; Maison Saint-Louis, Jersey: *Antoine Thomas, "Rits Chinois et malabares," fols. 70-72 v.*

Une fois de plus, l'affaire des douze Japonais et son appel à Pékin. Après quelques mots sur la position des Jésuites en Chine vis-à-vis de la Propagande, Thomas communique au P. de la Chaize le certain manque d'orthodoxie qu'il a noté dans le successeur de Mgr Pallu.

D'une autre main:

Du P. Thomas au R. P. de la Chaize, 23 mai 1685.

De Macao, le 23 de mai 1685

Mon Révérend Père,
Bax Christi

Je manquerais à mon devoir si je ne dérobaiss un peu de temps pour écrire à Votre Révérence avant d'entrer à la Chine, voyant les obligations que j'ai et les promesses que j'ai faites étant à Paris.

Le 10 de mars il est arrivé ici un vaisseau japonais, emporté par la tempête des côtes du Japon jusque dans le port de Macao sans avoir aperçu aucune autre terre: ce qui est moralement impossible et se doit prendre pour un merveilleux prodige. Il y avait dedans douze Japonais, lesquels ont été reçus et traités jusqu'à présent par Messieurs de la ville avec une libéralité extraordinaire.

Ils m'ont dit, lorsqu'ils furent invités et traités dans notre collège, qu'ils allaient de Yendo à Yxe qui est leur patrie lorsque la tempête les a surpris; que l'Empereur du Japon qui règne à présent est âgé de 40 ans; qu'il a un fils unique de 15 ans et, qu'encore bien qu'il sait qu'il y a des chrétiens dans son royaume, il ferme les yeux et ne fait aucune recherche contre eux.

70) Le capitaine de ce vaisseau, auquel j'ai fait quelques petits présents mathématiques, est un des receveurs des tributs de l'Empereur. Il a fort souhaité de retourner au Japon sur un vaisseau portugais: de quoi l'on a été ravi. On le prépare pour partir vers le 10 de juin. Et à cause qu'il va vide sans aucune marchandise, pour ne pas charger la ville, notre Compagnie, nonobstant les nécessités dans lesquelles elle se trouve ici, a entrepris de payer un tiers des frais de ce voyage, et pour ce sujet elle a engagé l'argenterie de l'église pour prendre l'argent à frais.

7) Tout le temps de ce voyage on fera dans cette ville des prières extraordinaires pour le bon succès d'une affaire de si grande importance. Au mois de novembre on en saura le succès. Quant à moi je crois que dans cette occasion la porte du Japon s'ouvrira, voyant plusieurs succès prodigieux qui sont déjà arrivés dans cette affaire, lesquels je n'ai pas à présent loisir de rapporter.

Ayant cette belle occasion entre les mains d'aller au Japon, ce que j'avois auparavant cherché, Dieu a voulu déclarer ouvertement sa sainte volonté qui m'appelait selon ma première et ancienne vocation à la Chine. Car le 17 de mars, l'Empereur de son propre mouvement parla au P. Ferdinand Verbiest sur le dessein qu'il avait pris l'année précédente de faire venir de Macao le Père mathématicien

qui était arrivé d'Europe.

Ensuite, pour garder les coutumes chinoises, il dit au Père qu'il lui présentait un mémorial sur ce sujet. Cela étant fait, l'Empereur envoya un avis par écrit aux Kolaos disant que, le P. Ferdinand étant déjà d'âge, il délibérait de faire venir de Macao quelque autre pour l'aider dans son travail. Les kolaos, ayant assemblé le tribunal du Li-pa, répondirent unanimement que cela était expédient. Sur quoi le P. Philippe Grimaldi, accompagné des deux mandarins du dit tribunal, fut envoyé ici par l'Empereur; et ils partirent de Pékin le 25 de mars.

Cette nouvelle vint ici la veille de l'Invention de la Sainte Croix, dont je conçus espérance que dans cet honneur de la Cour j'aurai le bonheur d'avoir les occasions de porter la croix de Jésus-Christ. On attend de jour en jour le P. Grimaldi à Canton, lequel fera une entrée solennelle dans cette ville à la vue des Japonais: lesquels porteront dans leur pays l'estime de ceux qu'ils ont autrefois persécutés. Ils savent que je suis appelé à Pékin, et je leur ai promis que nous ferons notre possible dans cette Cour pour rendre quelque service aux ambassadeurs que l'Empereur du Japon envoie à présent à la Chine. Il semble que Dieu a fait venir toutes ces conjonctions et beaucoup d'autres tout ensemble pour faciliter davantage le changement de la Cour du Japon.

Touchant les affaires qui concernent la S. Congrégation de Propaganda Fide, notre Compagnie s'est entièrement assujettie à tous ses décrets, nonobstant des difficultés presque insurmontables. Après la mort de Mgr Pallu dans la province de Fokien, les deux Evêques réguliers ont dispensé pour ne pas faire le jurement avec tous les religieux, hormis ceux de la Compagnie qui entreront à l'avenir; car les autres ont déjà fait leur obligation: dont Votre Révérence peut connaître comme nous sommes traités par ceux mêmes qui ne sont à la Chine que sous l'ombre de l'autorité du P. Verbiest.

Au reste, nous souffrons avec patience en rendant bien pour mal, selon le conseil de Jésus-Christ. C'est cette patience qui attire les grâces du Ciel pour ~~faciliter~~ les travaux de nos Pères, dont un seul, qui est dans la province de Chansi, dans une seule excursion qu'il fit nouvellement baptisa plus de mille personnes. L'instruction pour les baptisés est fort facile par le moyen des catéchismes et des livres imprimés en grand nombre, traitant de la doctrine chrétienne.

Je me sens obligé avant de finir d'avertir à Votre Révérence un point de très grande importance. C'est que Mgr Pallu avant que de mourir nomma pour Procureur général de la Chine le sieur Maigrot (1) docteur de Sorbonne lequel, étant logé pour quelque temps dans la maison d'un de nos Pères qui le traita fort civilement et avec toute sorte de charité, pendant cette familiarité lâcha certaines mauvaises propositions, le Père se faisant un ignorant et étant pourtant un excellent théologien comme il ne conste des entretiens que j'ai eus ici avec lui.

Voici quelques-unes de ses propositions:

1. Il décria la Vulgate, disant qu'on y trouvait des contradictions. C'est un point des Jansénistes.
2. Que, hormis les quatre premiers conciles généraux, les autres qui ont été faits ensuite ne sont presque de nulle autorité dans l'Eglise. Et touchant le concile de Trente, il témoignait fort

(1) Charles Maigrot,

approuver l'Histoire composée par Paulus Suavis Venetus (1), qui n'est rien d'autre qu'un libelle fameux contre le sacré concile.

3. Qu'avant le temps des quatre Docteurs de l'Eglise la commune opinion était que S. Joseph n'avait pas toujours été vierge. Il est vrai que plusieurs Saints Pères avant S. Jérôme ont cru qu'il était veuf avant qu'il épousa Notre-Dame. Mais, au reste, il ne paraît pas bien de parler de cette opinion qui est à présent téméraire.

Il y en a encore d'autres de moindre importance, [omisées] à cause de la brièveté du temps. Je n'écrirais point ceci si ce n'est qu'il me consta de la vérité du fait, ne pouvant douter du témoignage d'un Père que je connais être fort prudent, savant et un homme vertueux.

(fl. 72^v) Dont je prie Votre Révérence de représenter humblement à Sa Majesté que les Pères qui demeurent à la Cour de Pékin, étant en partie ses sujets, ont bonne inclination pour favoriser par leurs services les sujets de Sa Majesté qui viennent dans cet empire; mais que la conscience les pourra obliger à faire le contraire, si les personnes qui viennent vers [eux] ne sont pas bons orthodoxes. Plût à Dieu qu'au lieu des prêtres séculiers le Roi prit résolution d'envoyer de nos Pères! Les affaires en iraient mieux, et il ne manquerait pas de personnes de grand zèle qui s'offriraient à cet emploi. Je prie Votre Révérence de ne communiquer à personne d'autre cet article afin de ne pas faire de bruit.

La brièveté du temps m'oblige de finir en priant Votre Révérence d'avoir la bonté de se souvenir de moi dans ses SS. Sacrifices et de saluer de ma part nos Pères de Paris.

Je suis

Mon Révérend Père

Votre très humble et obéissant

Antoine Thomas

(1) Sous le pseudonyme de Pietro Soave Polano (anagramme de Paolo Sarpi Veneto), Paolo Sarpi, o. s. m., auteur de I storia del concilio Tridentino. Cet ouvrage fut édité à Londres en 1619 par un ami réfugié en terre protestante pour échapper à l'Inquisition.

VI. Dernière lettre d'Antoine Thomas concernant le Japon (à la duchesse d'Aveiro)

186

Antoine
Thomas à la Duchesse d'Aveiro

Macao, 15 août - Canton, 25 août 1685

Copie du temps. Archives Romaines de la Compagnie de Jésus(1).

Thomas annonce son départ pour Pékin; et, pour le Japon, celui d'un bateau portugais. Dès le retour de celui-ci, on lui écrira les heureux résultats de l'expédition. Quatre Pères de Macao se tiennent prêts à partir au secours de l'Eglise du Japon.

Il décrit sa réception solennelle à Canton et lui recommande son oeuvre à Pékin. Suivent des paroles de consolation et d'encouragement dans les épreuves par lesquelles la Duchesse vient de passer.

Macao, 15 août 1685

Excellentissima Domina,
P. C.

Deum laudamus qui mirabilis est in operibus suis. Huc tempestate delata est navis Iaponica, qua duodecim Iapones vehebantur. Excepti sunt summa benevolentia ac liberalitate. Hic viderunt solemnem ingressum duorum mandarinorum Pekinensium ac publicationem mandati regii de me deducendo in Curiam, quocum antea in veste Societatis familiariter egerant. Navi Lusitana splendide instructa reducti sunt Nangasachium, quae profecta est 13 iunii. De eius felici successu hoc eodem anno scribetur Excellentiae Vestrae, cuius labores felix illud nuntium solabitur et lacrimas absterget.

Accepi gratissimas Excellentiae Vestrae litteras per manus P. Philippi Selosse (2) et P. Francisci Noël, qui huc sospites advenerunt (3) una cum duobus Patribus Provinciae Aragoniae. Felix adventus fuit hoc tempore quo absentiam meam abunde compensabunt, successum huius navis expectantes quae huc appellet mense novembri.

Interea, cum sic fuerit voluntas Dei, iter parco Pekinum versus discessurus sabbato proximo ubi, Dei ~~III~~ Providentia ita ordinante, operam huic Curiae deinceps impendam, a qua innumerorum populorum ~~et~~ salus aeterna dependet.

Mirum quantum benevolentiae absenti ostendit Imperator, commendans mandarinis quos ipse selegit ad hoc iter ut ne me magnis itineribus fatigarent. Epistolam nisi hic inclusam, sic scriptam ut legi posset Imperatori versa in linguam Tartaricam; nam admonitus fui ut ita scriberem, eo quod Imperator litteras a me scriptas sibi legi curaret. Tam benevoli Principis animum magis ac magis devincere curae erit, ut frequens occasio sit de Deo et immortalitate animae agendi.

(pag. 2)

E flumine Cantonensi, die 20

Duo Patres supra nominati, una cum duobus Patribus Aragonensibus valde zelosis, expectabunt hic reditum navis Iaponiae ut, si forte iamua illico latior aperiatur, expediti sint una cum aliquot aliis

(1) Autographe signalé et en partie traduit en anglais dans: Bibliotheca Asiatica, Part II, p. 106.

(2) Philippe Selosse, né à mort à Macao le 18 septembre de cette même
année 1685.

(3) Le 9 de ce mois d'août.

ad suppetias afflictissimae Ecclesiae ferendas. Quoniam vero Imperator significarat se optare ut socios mecum adducerem, ad satisfaciendum eius desiderio et utendum adeo bona occasione, inclinabar ad deducendum mecum P.Noël; verum aliter Deo visum fuit, cuius regimur voluntate.

Caeterum rogo Vestram Excellentiam ut meis conatibus favere dignetur, suppetias procurando quibus abunde prospici possit provinciae Chantong et Pekinensi, unde ut spero gradus erit ad subveniendum Tartariae et Coreae: quod magnopere optarem.

Macai quemdam adolescentem nactus sum, nomine Mathiam de Scusa, patre et matre Sinensem, quem velut candidum liliu inter spinas sollicite excolui, me sequi magnopere cupientem. Statui agere cum Vice-Provinciali ut pro subsidio Pekinensis provinciae admittatur nosque iuvenet in Curia, ubi magnus christianorum numerus plures cultores requirit.

Cantone, 23

In hoc itinere 36 leucarum a multis mandarinis visitati fuimus et plures naves missae sunt ad comitandum. Heri primo mane exscendentes ad ripam fluminis excepit Prorex cum praecipuis mandarinis. Eodem die invitati a Prorege, apud eum magnifico convivio excepti sumus, ad quod invitati quoque fuerunt duo magni mandarini Tartari. Eiusdem Proregis ordinatione procedendum fuit per universam hanc ingentem metropolim aurata cathedra, et cum ingenti prorsus comitatu vexilla, timpana aerea (pag.3) aliaque multa honoris causa gestante. Praeibat inscriptio haec: "Hic invitatus est cum honore ac benevolentia ab Imperatore ad Curiam"; quae exprimebantur his verbis kim tsiu.

Quis pati posset tam aliena ab insignibus Christi Domini, nisi caritas eiusdem urgeret nos ut in medio huius superbae gentis ad dandam auctoritatem rei christianae haec pateremur? Dici enim vix potest quantopere missionariis omnibus accedat auctoritatis ex hoc specioso itinere, qui hominum valorem et doctrinam ex Imperatoris ipsius opinione metiuntur. Haec eo suavius patior quod mihi perspectum sit haec ordinari a Deo, et esse hanc voluntatem eius qui mihi indignissimo ac ineptissimo instrumento nihil plus concessit quam ut viderem primam navim Lusitanam ex urbe Macaensi euntem Nangasachium, et quatuor viros maxime selectos praeparatos ad huc Ecclesiae succurrendum, dum maiora ex Europa accenserentur auxilia.

Insuper commendatam reliqui novam Congregationem pro Iaponiae subsidio erectam generali Praefecto, Praepiscopo ac viris e magistratu qui, ad ripam fluminis die 19 comitantes, ultimum obortis utrimque lacrimis valedixerunt, spem periclitantis urbis Macaensis ob iacturam commercii in hoc nostro itinere tam reponentes, sine cuius conservatione frustra aperietur Iaponia.

Quod spectat ad labores quos plane immodicos passa est Vestra Excellentia, de illis magnopere ei gratulor, Deoque dicto Te Deum laudamus gratias egi. Etenim plus exiguo tempore in eo statu aeternitati laboratur quam multis annis prosperis, dignumque Deo spectaculum est animus fortis cum adversitate compositus. Quid enim sunt res adversae nisi pretiosae occasiones in quibus fidem nostram amoremque Deo probemus? Caeterum spero fore ut ex divina coordinatione rerum Vestrae Excellentiae, tantum postmodum erigatur quantum res adversae depresserint; siquidem depressio vocanda est maxima iuxta doctrinam Christi Domini quam sequi profiteamur elevatio.

Deus pro sua infinita bonitate nobis magis ac magis aperiat quam sint inestimabiles thesauri in participatione crucis Christi, qui vere sunt absconditi ab oculis mundi huius. Hanc doctrinam quam bene cognoscemus quando, abstersis lacrimis ab oculis nostris, Deo bonorum omnium fonte aeternum fruemur!

Vale: neque enim plura simunt scribere occupationes. Cras discedendum est Nankinum versus.

Excellentiae Vestrae

servus humillimus in Christo

Antonius Thomas

Die 24 vesperi venerunt ad nostram navim praecipui mandarini ut felix iter praecarentur, et ultimum ipse Prorex. Navim deinde quisque suam conscenderunt, duo mandarini Tartari socii missi e Curia. Plures deinde naves ad comitandum militesque multi attributi. Deus bone! Quis hic apparatus trahendus per totum imperium! Cum sit ita voluntas Dei, credo quod vertet ad gloriam suam, quae una quaeritur.

Rogo Vestram Excellentiam ut dignetur ad me mittere unum horologium exhibens minuta 2^a (1), qualia fiunt Parisiis, et unum selectum tubum opticum pro Imperatore, qui illud petiit.

25. P. Provincialis, qui huc nobiscum venit, nobis dedit pro provincia Chantong P. Michaellem Calmes (2) Germanum, qui hic discebat linguam; qui mihi notus Conimbricae et ad has missiones invitatus hac occasione summa cum voluptate se comitem iunxit.

D'une autre main:

Hic continentur quatuor epistolae describentes iter P. Antonii Thomas in Curiam Pekinensem: 1 ex Macao, 15 augusti; 2 ex flumine Cantonensi, die 20; 3 ex Cantone, die 23; 4 ibidem, die 24, 1685. Gratulatur Dominae d'Aveiro de laboribus et aerumnis quae patitur et eius exaltationem futuram praesentit. 1685.

(1) "minuta 2^a": indiquant les minutes et les secondes.

(2) Joachim (J.V.) Pfister, Notices Biographiques et Bibliographiques, Shanghai, 1932) Calmes, né à Hambourg en 1652, entré dans la Compagnie en 1678, arrivé en Chine en 1684, mort dans l'île de Hainan le 9 octobre 1686.

VII. Raphaël, *Saint Sébastien*, 1501-1502 (huile sur bois, 43 x 34 cm. Bergame, Academia Carrara).



VIII. Caravage, *Le Martyre de saint Matthieu*, 1599-1600 (huile sur toile, 323 x 343 cm.
Rome, San Luigi dei Francesi, chap. Contarelli).



IX. Jacques Callot, *Les Martyrs du Japon*, 1628 (gravure à l'eau-forte, 2^e état. Musée Lorrain, Nancy).



X. Nicolas Poussin, *Le Martyre de saint Érasme*, 1628-1629 (huile sur toile, 320 x 186 cm.

Rome, Pinacothèque du Vatican).

